

Grebinski Nicolaus.



Biedanowski Stanislaus Jos: Altus honor Perilla.
ctris et Adm. Rev. D. Nicolai Grebinski

ed. altera

PANEG. et VITAE

Polon. Fol.

N^o. 337



ALTVS HONOS
PER ILLSTRIS, ET ADM. RNDI. DNI

D. NICOLAI
GRZEBINSKI,

Almæ Ecclesiæ Metropolitanæ Gnesnensis &
Collegiatæ Louiciensis Canonici Archidiaconi
Curzelouiensis &c. &c.

dum

In florentissima Vniuersitate Cracouiensi

PER

Clarissimum & Admodum Reuerendum Dominum

D. M. ADALBERTVM

ŁANCVCKI,

I. V. DOCTOREM

ET PROFESSOREM

eiusdemq; inclitæ facultatis Decanum, Ecclesiæ Col-
legiatæ SS. omnium Cancellarium, & S. MICHAELIS
In Arce Cracouiensi Canonicum, Parochum Lu-
boricensem &c. &c.

I. V. DOCTOR ritu solenni
renunciaretur

A

M. STANISLAO IOSEPHO BIEZANOWSKI *Leop. Phil. D.*

Gratulationis & Obseruantia ergo

Luci Publicæ

CONSECRATVS

Anno Verbi Incarnati 1659 Die 15. Octobris.

CRACOVIAE,

In Officina Viduæ LUCÆ KVPISZ S. R. M. Typ.

7 XIX. 38. 7 XXII. 27. d.

7 XXII. 27

I AMBI DEDICATORIJ



lto Togati Culminis fastigio,
Vernare Laurus mille fetas frondibus;
Circumq; magni verticis sacrum iubar,
Onus Decorum, dulce, selectissimum,
Errare passim, penduloq; gloriam
In Orbe ferri; nullus unquam Thespie
Rupis colonus, vidit absq; debito

Laudis tributo. totus in tristissima

Leonis iret Afri, & atra Tygridum

Spelea pindus; tetricasq; Caucasi

Damnatus ad nives, viroris auream

Docem perennis, Laureasq; perderet;

Gravaret alto si tuas silentio

Vir Magne Laudes; barbarusq; Gratiis

Deberet haud quidquam, & Lepori musteo

Humanitatis; plausus inter omnium

Ni se canorum sifteret Cygnum Tibi.

Relucet in Te, quidquid in magnis solet,

Ad vsq; summam lucis augem, grandibus

Micare flammis; quidquid eminens sibi

Virtusue poscit; literisue debitum

Vestigal ingens; gratiaeue Principum

Illustre pondus. nempe vertex maximus

Regniq; cardo LECHICI, & curulum

Apex coruscus, luminis plenum Tui

Formare ciclum, syderumq; ceteri

Inferre sacro; opus putavit Principis

Mitraq; dignum, Purpureaq; Laudibus.

Pro! quantus ille est, Phæbus ille Principum,

GNESNENSIS illud Archimitræ Corculum,

LESCINIANI celsitudo nominis,

Antistitum flos, LECHIAEQ; oraculum,

Medula Secli Præsul aureus boni;

Pro! quantus ille est, eruditorum parens

Et



Et estimator! literata maximus
Cui cis Cathedra Principis Fastigium,
Splendorq, Maestasq, Lucis emicat;
Cui liliorum Gallia cultissimo,
Aeterna vernali lieto gloria
Ad hucq, suspensis Lutecia Obtutibus
Stupet loquentem. cui placere, sufficit
Ad vniuersae gloriae compendium;
Tuq, summum claritudinis decus,
Dilecte tanto Principi, suauissimas
Vir diligende, ob ingenii dotes Tui,
Magniq, pectus propter arcam consili,
Iurisq, propter nobilem Scientiam.
Tantum fatiget, ambiatq, cum Tuam
Ab axe summo promicantis, Lauream
Fulgur nitoris; non ne Te fixissimis
Tuerit ocellis, Parrhasi Princeps Dea
Vellet Lycæi! non ne quidquid vngula
Calcantis, aethrae molle pondus, pegasi
Olim cauauit, rupibus Pelasgicis;
Exuberante copia totum Tibi
Decebat, altis voluierq, fluctibus!
Qui totus altis Principum places Tholis;
Interq, mitras, Praesulumq, purpuras
Creuisti, ad vsq, masculum GNE SNE decus.
Hic ergo paruis ducta lineis Tua
Magnum loquetur umbra Te; hinc intelliges
Mensura quae Te, laureati nominis
Expectet olim. quod uouenti barbato
Entheus à Te, spiret in chordas fauor.
Sic carmen ibit, Te fauente, musteum,
LESCINIANI sub Bisontis omine.



ALTVS HONOS STROPHE I.

Ambire solem Lucidas frequentius
Avidit coronas, Lucidior vitro
Clari Regia Lun. in s
Pupilla, fontq; puritatis;
Nempe suis licet ipsa præstet,
Et late radijs cincta liquentibus
Virtus fulgeat ex se,
Sufficiatq; sibi,

Ore Cælestes imitata uultus:

ANTI-STROPHE I.

Cèu solis illam grande circuit tamen
Lucis profundum, purpureis caput
Sertis nobile vinciens,
Genasq; lambens, lacteiq;
Oris ebur, facibus rosarum
Succendens, Tyrij floreq; Sanguinis.
Nunquam gloria magnis
Sufficit vna bonis;
Sed catenato trahit Orbe, quidquid

EPODI.

Anus vetustas inclitum,
Et feris, veniens citata bigis
Germen dulce Nepotum
Viderar ætas.
Virtutes òdit, quisquis non æstimat omni
Laude maiores, pretiosa rerum,
Et quidquid modicis fulget honoribus
Tanto vincere longius;
Mortalitatis quanto mensuram caducæ
Excessere magis.
Decus necesse totum
Ad particulam decoris ferre,

STRO-

STROPHE II.

Quod diua virtus cernitur deponere.
Non vna sudat fingere dextera,
Nec dote, instruit vnica,
In posterorum regulam, quod
Mittere opus cupit absolutum.
Nec te, quem GRZEBINI conspiciamus virum
Alto vertice Consi,
In Themidisq; Throno,
Mille collectis radiis nitentem,

ANTISTROPHE II.

Formauit vna protulitq; dextera;
Nec vnus isthac te posuit labor,
Curarum seriem trahens,
Honoris in summa quiete;
Sed triplicis maduere primùm
Sudoris calido tempora flumine:
Sudaueretq; magni
In Tua dona viri;
Antequam plenos tua Lux in Orbes

EPOD II.

Illustre nomen egeret.
Magnis nam quia destinatus ibas
Robur par animi, sup-
-ponere curis;
Te variis formare sibi Lux publica rerum
Vt sibus primùm voluit, per omnes
Deductum studij, & consilij vias
Cis subsellia Principum.
Ad magna nasci, Te decebat, inter vrbs
Maxima sceptrigeræ,
Regnoq; Palladiq;
Donata vetustis decora annis,

STRO-

STROPHE III.

Hic illud alti pectoris sacrarium,
Dossilla vitæ, ingenij Tui
Et tersissima ludici
Exorta Lux est: hic suis Te
Pegafides aluere mammis;
Te sugente fauos & mera nectaris
Casto è fonte fluenta,
Primitiasq; Sophum,
Melq; facundi Laciale Tulli,

ANTISTROPHE III.

Crescebat in Te Pallas, & virtus pari
Ætatis auctu; donec ad inclita
Doctæ muneragloriæ,
Passu venires Laureato.
Ad templum Themidis LANCVCIO Duce,
Magnis GRABIANO Viq;
Donec ab auspicijs,
Mystra prodires, & ocellus alter

EPOD III.

Subselliorum Principis
Astreæ. placuisse sic Bisonti
Ingens LESCINIANO
Debuit in Te
Maiestas Themidis, summoq; cacumine virtus
Emicans late; per aprica quæ se
Magni per LECHIAM Pontificum Patris
Gemmæ Præsulei Chori
Theatra pandebat; sinu fouens togato
Magnanimam sobolem
Pignus Domus vetustæ,
Et delictum LESCZINIORVM

STROPHE IV.

Sed GNE SNA Nidus LECHIAE cunabulis De-

Decora primis, grande tibi Sacri
Seruabat decus ordinis
Sedisq; mitratæ tribunal.
Curzelouî, Louiciq; iunctum
In Te muneribus. tantus enim Tibi
Ad cellissima quæq;
Præsto animus datus est;
Rebus vt sese, studiisq; natum

ANTISTROPHE IV.

Putet supremis; calle nec trito premat
Quotidianum Plebis iter. parem
Sic te fors Tua maximis
Virtusq; fecit; sed corona
Defuerat Tibi sola Consi
Dudum promerita, & parta per arduas
Magnæ Principis Aulæ,
Continuasq; operas,
Et per infractas, vigilesq; curas

EPOD IV.

Tubamq; famæ publicæ
Magnus quâ Themidis vocaris Arbi-
-ter Consiq; voluptas.
Tantus vt ergò
Æternum vigeas, Doctoraliq; coruscus
Laureâ, pleno rutilis nitore;
Quâ Te mitrigeræ Sedis apex vocat,
Ad sacri proceres chori;
Orbis togatus, mille uotis, plausibusq;,
ALMA QVE METROPOLIS,
Et quidquid vsquam bo-
-norum est; vouet ingeminatq; Tibi

AD MAIOREM DEI GLORIAM

...cora primis grande tibi sacri
...dum deus ordinis
...mante rithonol
...scolu bonici; tunc
...te munitur; tunc enim tibi
...Ad bellum parat
...Pesto animas dantes;
...fides vestra; studium animi
AN T I S T R O R H E N I V M
...fuit imperia; calle nec tunc p emat
...Quidam tibi scilicet parum
...Nec te hoc tunc animis
...Vincat; tunc ad coronam
...Detur tibi scilicet Consi
...Dudum proposita; separata per sidus
...Magis; tunc per Aulic
...Continuasse; opera
...Liber munitur; vigilat; curas
P T O D I V M
...Munitur; tunc publice
...Magnus quoque Theonibus vocatis A bi
...ter Consi; volutus
...Tunc ut ego
...Nec tunc ut as; Doctoris; comitatus
...Latus; tunc tunc tunc
...Qua te tunc tunc; sedis apex vocat
...Ad facit proceres; chon
...Orbis rogatus; nullatenus; planitudo
ALMA MATER PETROLIS
...Et quidvis vspam bo
...Venerat ingenuat; Tibi

IN HONOREM DEI GLORIAM



